



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Textus dominice passionis ex quattuor euangelistis

Jacobus, Magdalius

Colonie, 1503

VD16 B 4679

Qui[n]to

urn:nbn:de:hbz:466:1-30846

Quarto Dubitari potest Qualiter Iesus Petrum respicere potest. tunc cum Petrus foris fuisset et deorsum in atrio describatur. Iesus pro in? in superioribus domus? **Solutio.** Augustinus. Glidet mihi respectio illa diuinitus facta. ut ei veniret in mentem quod iam negasset et quod ei dominus perdisisset atque ita misericorditer domino respiciente peniteret. et et salubriter fieret sicut quotidie dicimus. **Domine respice in me. Et respexit eum.** dominus qui de aliquo periculo vel labore diuina misericordia liberat? e. **Utrum intelligere debemus illam respectioem a Iesu non humanis oculis sed diuinitus esse factam.**

Quinto Dubitari potest quare prophetia de triginta argenteis Hieremie ascribitur. cum non in Hieremie sed in Zacharie libris inueniatur. **Solutio prima.** Hieremias libros aliquos edidisse legitur quod apud nos non habent. ut per 3. ij. **Saccatorum.** ij. vbi legitur sic. Inuenit autem in descriptionibus Hieremie prophetie 22. et fortasse hec autoritas in eodem libro habet sed ad nos non uenit. **Solutio secunda.** Augustinus. Est apud Hieremiam quod emerit ager a filio fratris sui. et dedit ei argentum. non quod de sub huius nomine per quod positum est apud zachariam. xxx. argenteis. ueritatem agri emptio non est apud zachariam. **Utrum autem prophetia de triginta argenteis.** ab huius interpretatur sit euangelista quod modo de domino completum est hoc esse per se manifestum est. sed ad huius pertinere etiam illud de agro empto quod Hieremias dicit hinc potuit mystice scari. ut non hic zacharie nomen poneret quod dixit. xxx. argenteis. sed Hieremie quod dixit de agro empto ut lecto euangelio atque inuenito nomine hieremie. Lecto autem Hieremia et non inuenito testimonio de xxx. argenteis. inuenito tamen agro empto. admonet lector utrumque perferre et inde sensus enucleare prophetie quod pertinet ad huius quod in domino impletum est. Nam illud quod subiicit huic testimonio **Mattheus** cum ait que appropinquauerunt filii israel dederunt eos in agro figuli sic constituit mihi dominus nec apud zachariam nec apud Hieremiam reperit. **Utrum magis ex persona ipsius euangeliste accipiendum est eleganter et mystice insertum.** quod et hec ex domini reuelatione cognouerit ad hanc rationem de christi precio facta est huius pertinere prophetiam. Liber quippe empti agri apud Hieremiam. 32. ca. iubeat mitti in vas fictile et emit hic de precio domini ager figuli et hoc ad sepulturam peregrinorum tanquam ad promissionem eteris eorum. Cum in hoc seculo peregrinant et sepeliantur pro per baptismum. Nam et illam emptioem agri hoc scire ait Hieremias. dicit dominus. quod erit promissio a captiuis tunc liberatorum in illa terra. **Hucusque Augustinus.**

Sexto Potest dubitari Si hora quasi sexta pilato sedente per tribunali tradit? est christus iudeis crucifigendus? secundum Joannem quando hora tertia crucifigit? est secundum Marcum. **Solutio.** Christus? linguis iudeorum hora tertia crucifigit? est quod hora sexta crucifigit? legitur manibus paganorum. **Augustinus.** Quauis **Marcus** scilicet a militibus suspensum dominum non a iudeis si tunc Joannes aptissime dicit. occulte tamen ostendere uoluit eos magis crucifigisse quod clamauerunt ut crucifigeret quod illos qui ministerium principis suo. secundum suum officium prebuerunt. **Intelligit** ergo fuisse hora tertia cum clamauerunt iudei ut dominus crucifigeret et ueracissime demonstrat tunc eos crucifigisse quod clamauerunt maxime quod uolebant se uideri hoc fecisse. **Alia solutio.** Idem. Sunt nonnulli qui parasceues quam Joannes memorauit dicens. erat autem parasceue hora fere sexta. horam dei tertia uelint intelligi quod sedit Pilatus per tribunali ut eadem tertia completa uideatur quod crucifigit? est. atque illo pedente iam in ligno alie